

XXI.

Rescriptum Serenissimi
ad Vicarium Generalem circa observantiam Ca-
thechesis, & Circulorum Ecclesiasticorum.

de 1750.

CLEMENS AUGUSTUS &c. &c. *Venerabilis, ac Docte,
Devote Nobis Dilecte!*

Non exigua Nostra indignatione percepimus, Ordinationem
Nostram tam seriam circa habendas Catecheses ac inter Parochos, Vice-
Curatos & Sacellanos Spirituales congressus 12ma Novembris 1736.
a te per hanc Dioecesim per Typum publicatam vel prorsus non, vel
nimis frigide observari; Cum autem ex ordinationis hujus observa-
tia plurimum boni in rem Christianam redundet, & imò ejus inde
fundamentum pendeat, ac congressuum horum spiritualium san-
ctum opus, in quibus à Directore Circuli eligendo post Missam de-
cantato prave Hymno: *Veni Creator Spiritus*, Casus proponuntur
Theologici ad fovendum studium, & ad directionem animarum
conferuntur Consilia, Sanctum Carolum Borromæum Authorem,
S. Franciscum Salesium autem Promotorem habens in Archi-Dioecesi
Nostra Coloniensi aliisque vicinis Dioecesibus cum ingenti fructu ob-

fer-

servetur, Nos Tuae Devotioni precipiendo mandamus, ac perti-
nam Ordinationem denno imprimi & promulgari cures, & quem-
libet Parochum, Vice-Curatum & Sacellanum, sive Secularis ille
fuerit, sive Regularis, paternè monens, ut Spiritualem Doctrinam
Christianam panem zelosè frangat parvulis, ac congressus illos Ec-
clesiasticos secundum Circulum Nobis propositum, si non toto anno,
saltem ab Aprili usque ad Octobrem inclusivè, quovis mense obler-
gent accuratissimè, non observantium ac pie hæc Nostra Mandata
vili pendentium approbationem suspendende aut retrahendo, & itè
exequeris, ut quilibet Parochus, Vice-Curatus & Sacellanus de
hanc Nostram voluntatis paginam accepisse ad Protocollum Vicaria-
tus Generalis quam primum edoceat, & Nos, quomodo hæc omnia
facta sint, distinctam à Te relationem expectamus, Tibi ad ulterio-
rem Nostram Electoraliam Gratiam manemus addidit. Neuhuff
17ma Februarii 1750.

(L.S.) CLEMENS AUGUSTUS.

Vt. A. W. L. B. W. METTERNICH.

J. A. Föller.

Stationes circa instituendum Circulum inter DD.

Pastores, Curatos, Vice-Curatos & Sacellanos Diocesis Paderbornensis absque præiudicio prærogatiuæ.

- PADERBORN.** *1ma Statio* in urbe Paderana 4. Pastores & 2. Sacellani; Pastor Neuhufanus, Ellenfis & Sacellanus Neuhufanus. 9
- BÜREN.** *2da Statio*, Pastor & Sacellanus in Büren; Pastor in Hegenstorff, Synckhausen, Weyberg, Steitzhausen, Brencken, Wewelsburg & Haaren. 9
- DELBRÜCK.** *3tia Statio*, Pastor, duo Sacellani & Curati in Delbrück, Pastor in Stuckenbrock cum Sacellano, Hüvelhoff & Westenholtz cum Sacellano. 10
- WÜNNENBERG.** *4ta Statio*, Wünnenbergensis Pastor cum Sacellano, Pastor in Fürstenberg cum Sacellano, Bleywäsche, Westen, Oisstorff, Essentho & Pastores Stadthergenfes. 10
- SALTZKOTTEN.** *5ta Statio*, Pastor in Saltzkotten cum Sacellano, Pastor in Verne cum Sacellano, Pastor in Thüle, Pastor in Boke cum Sacellano & Pastor in Hörste. 8
- LICHTENAU.** *6ta Statio*, Pastor in Kleinenberg cum Sacellano, Pastor in Lichtenau cum Sacellano, Pastor in Affelen & Iggenhausen. 6

DRIN-

- DRINGENBERG.** *7ma Statio*, Pastor & Sacellanus in Dringenberg, Pastores in Neuenheerle; Pastor in Alkenheerle, Pastor in Gehrden & Willebadessen cum Sacellanis, si sint Curati. 10
- BEVERUNGEN.** *8ua Statio*, Pastor in Beverungen cum Sacellano, Herstell, Bühna, Natzungen, Dalhausen, Borholtz cum Sacellano, Tietelken & Frouhausen. 10
- STEINHEIM.** *9ua Statio*, Pastor in Sandebeck, Vinsbeck, Sommerfelle, Steinheim & Lugda cum Sacellanis. 8
- NIEHEIM.** *10. Statio*, Pastor in Nieheim cum Sacellano, Marien-Münster duo Pastores, Altenbergen, Vöhrden, Bredenborn & Sacellanus, Pömbfen. 9
- PICKELSHHEIM.** *11. Statio*, Pastor in Pickelsheim cum duobus Primulariis, Löwen, Hoheawepel, Groffenender, Pastor in Völlen cum Sacellano. 7
- WARBURG.** *12. Statio*, Warburg Pastores cum Sacellanis veteris & novi Oppidi, Schervede, Germete, Ofsendorff, Welda, Wormelen, Calenberg, & Pastor in Volckmarsheim cum Sacellano & Vicario. 12

BRA-

- BRACKEL.** 13. *Statio*, Pastor in Brackel cum duobus Sacellanis, Bellerfen, Erckelen, Rhedar, Istrup, cum Sacellano Schmechtensf. 8.
- BORGENTREICH.** 14. *Statio*, Borgentreich cum Sacellano, Eyssen, Cörbeke, Rößebeck, Daseburg, Lliken-ehder, Doffel. 9.
- ETTELEN.** 15. *Statio*, Pastor in Ettelen, Astelen, Dornhagen, Kirchborchen, Wewer, Niederen Tudorff & Oberen Tudorff. 7.
- BUBE.** 16. *Statio*, Pastor in Bube, Neuenbeken cum Sacellano, Lipspring, Driburg cum Sacellano, Schwaney, Dahl. 7.

Espropter hanc feriam & piam Serenissimi Voluntatem Vice & Autoritate athesate Sux Serenitatis Electoralis & Episcopi Domini Nostri Clementissimi omnibus Pastoribus, Curatis, Vice-Curatis & Sacellanis horum omnium locorum & Parochiarum tenore presentium publicamus & intimamus, non dubitantes, quin alteram Ordinationem de anno 1736. de qua mentio facta, adhuc ad manum habeant; Deinde paternè monemus, ut ex qualibet Statione Praesidem seu Directorem Circuli annum vel mensurum sibi eligant, & post Missam decantato praevis Hymno: Veni Creator Spiritus &c. fiat diligens Examen Catechetikum, & populo dimisso proponantur Casus Theologici in Ecclesia,

sa, mensa sit omnino frugalis, meminerintque istius S. Joannis Apostoli. *Diligite vos invicem & hoc sufficit.* Pariter Evangelii, quod legitur Dom. 3tia post Pascha. Datum & signatum sub consueto Vicariatus Generalis Sigillo. Paderbornæ 28^{ta} Martii 1750.

(L.S.)

BERNARD. IGNAT. WIEDENBRÜCK,
Vicarius Generalis.

J. A. Dencker.